Vocabularius juris utriusque

Nuremberg: Anton Koberger, 1 July 1496 Seite 181



quare legatū nō restringiť. Etiā. qꝛ legatum fuit factū in genere. ⁊ sic remanet in genere. ⁊ adiectio loci referť ad designationē fiende solutiōis. Et qđ de legato dꝛ idem in cōtractu intelligiť paritate rationis. vt si dicatur. ꝓmitto tibi centū soluēda de pecunia quā habeo in tali loco. Et ibi lego vel promitto decē que habeo i archa. si nihil est nihil debeť. Si minus est. illud tantū debeť. l. si seruus. §. qui quinqꝫ. ff. de leg. j. Quia locus adijcitur summe imediate. Et ꝑ hoc significat. ꝙ illa sūma que ibi est debebať ⁊ nō alia. Unde testatoꝛ vel ꝓmissoꝛ se refert ad illud corpus pecunie qđ ibi est. Et ideo si nihil ē nihil debeť. vel quatenꝰ est eatenus tm̄ debeť. Cetera multa exēpla ponit Petrꝰ Burgundi. in. §. sacramēta. l. inter stipulantē ff. de verbo. obli. Et finaliter loci adiectio opatur qđ ratio dictat vel lege disponiť vel ꝓut volūtas disponētis dictat. quaꝫ qduis mediū ꝓbabile declarat vt. l. cū certꝰ. ff. đ vi. tri. ⁊ ole. le. l. si debitoꝛ. §. j. ff. đ cōtrahen. emp. ⁊ ven. l. cū qui kalēdis. ff. de ver. obli. l. legatum. §. vim. ff. de annu. lega. l. ex eo. ff. de vi. tri. et ole. lega. cum similibus.

Logographꝰ. i. scriptoꝛ publice ratiōis. Et diciť a logos sermo vel lexis ratio. ⁊ graphos scriptura. Et ꝫm Accur. i rubꝛi. C. de tabel. scri. ⁊ logo. li. x.

Lōga ꝯsuetudo est q̄ decē vel viginti ānis induciť. ⁊ multo magis longioꝛi tp̄e. vt si xxx. vel. xl. annis perdurat.

## De Lu

Lucrifacere. id est acquirere.

Luere. i. liberare. vn̄ diciť. pignꝰ luiť. i. liberať. Alio mō accipiť ꝓ puniri. vn̄ dꝛ. luo penas. i. punioꝛ. vn̄. Ere luo pignꝰ. penas cruce. luce tenebras. Diciť ⁊ luere qđ salitur vt ouis. De primo significato vide insti. de lega. §. sed ⁊ si rem.

Lugubꝛare. id est vigilare. ⁊ nocti ꝓprie attribuitur. Sic dꝛ. luna habꝫ radios lugubꝛes. ⁊ sol claros. vide insti. de lega. §. nostra. in tex. ⁊ glo.

Lustrū est spaciū quinqꝫ annoꝝ. Vn̄ dꝛ. Indicio ꝯstat ex tribꝰ lustris. i. durat ad quindecim annos. vt de fi. instru. inť dilectos vide supra Indicio.

Luxuria nota Archi. de cōsue. c. fi. li. vj.

## De Ma

Machiatio. Vide supra dolus. Et est quasi astutuꝫ ingeniū. Quid cm̄ est ꝙ homo semel deditus malicie nō adinueniat. in auten. vt hi qui ob se habere ꝓhi. res mino. post prin. collť. vj.

Magister nauis. Re. supra Actio exercitoria. C. eo. ti. l. vnica. li. xij.

Magistri scrineoꝛuꝫ dicebanť qui scrineis sacri imperij ꝓpositi erant. Vel sunt pragmaticarij sic dicti. qꝛ pragmaticas sanctiones illas scꝫ quas principes faciebāt ⁊ statuebant consilio procerum suoꝛum scribebāt. ⁊ exempla eoꝝ in scrineis reposita ad memoriā custodiebant.

Maioꝛ diciť ille q̄. xxv. ānoꝝ impleuit etatem. de quo no. insti. de cu. ꝑ totum. ⁊ per docto. de restitu. in integ. c. j.

Maiuma est ludus qui vigebat in maio. ⁊ dicūtur a maio. vel maiuma grece. latine ingressus scꝫ estatis quādo herbe frōdesqꝫ virentes letificāt. Inde venit maius C. de maiuma. in rubꝛi. li. xj.

Maioꝛ pars attēditur quo ad numeruꝫ. ⁊ sanioꝛ quo ad zelum iudiciū. Vel pōt dici maioꝛ pars que maioꝛi innitiť ratōni. vt ix. dist. sana. ⁊. xvij. di. c. multis.

Magones siue vētilarij sunt qui in seruis emendis vel vendendis mercationem exercent.

Magi sunt qui vulgo malefici ob facinoꝝ magnitudinē nuncupātur. Hi sunt qui ꝑmissu dei. meleficio elementa concutiūt. Turbant mentes hominū minus confidentiū ⁊c. xxvj. q. v. Nec miruꝫ. Et ibi q̄ sunt nigromātici. idromantici. ⁊ de auguriijs. ⁊ aruruspiciijs. que omia ibi reprobātur. Dicit enim Augusti. ex libꝛo de ciuitate dei ibi ad finem. Qꝛ ideo quisqꝫ non



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-840/0181
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG